



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Norembergæ, 1523

VD16 K 320

39 De Oneribvs Sacri Romani Imperij Statuum laicorum, contra
Archiepiscopos, Episcopos, cæterosq[ue] prælatos Ecclesiasticos,
eorumquoq[ue] Capitula, ac suffectos iudices, quos vocant ecclesiasticos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

uisionibus attentare conati sunt, quo facto, ordinem ad litis
gandum secum Romæ coegerūt. Id quod non ad mediocrem
perniciem, & ipsius ordinis, & totius Germanicæ vergit na-
tionis. Demum Germanis Stablore quoq; diui Benedicti mo-
nasterium, cōtra fundationis, quanq; iura superioribus, pau-
cis equidem annis erectum est, ac in commendam, vt aiunt,
cardinali Columnæ collatum; quæ omnia in perniciem ten-
dunt, ac irrecuperabile Germanicæ nationis detrimentum,
attentatumq; est, quicquid id est, contra ius & phas, ac æqui-
tatem omnem. Eapropter Imperij Status hic quoq; rogant,
Sanctitas. Pontifícia velit Militari Teutonicorum ordini, bo-
na erupta, censusq; & redditus ablatos, absq; vltiore mora
redhibere, reddere acrestituere, aut idipsum, vt quantocius
fiat, mādare, curareue, quemadmodum iuris, boniq; & equi-
ratio hoc sibi postulat.

**DE ONERIBVS SACRI ROMANI IMPE-
RII Statuum laicorum, contra Archiepiscopos, Episco-
pos, cæterosq; prælatos Ecclesiasticos, eorumquoq; Ca-
pitula, ac suffectos iudices, quos vocant ecclesiasticos.**

39 Præter onera supra memorata, Archieporum, Eporum &
prælatorum, q; hīj, vt prædictum est, a sede Romana conser-
uatores delegatos, atq; id genus alios plerosq; ecclesiasticos
impetrant iudices, per quos laici non ferendis agrauantur
modis, q; non omnino infreuentur euenit, vt laici in pericu-
lum ac perniciem animæ aestimationis, corporis atq; honorū
perducant, ac quantū per hos stat iudices, pertrahantur etiā.
Sed hic nondum finis. Sunt enim complura adhuc alia gra-
uamina, prout sigillatimea per capita nunc recensebuntur.

P R I M V M, Q V I B V S M O D I S L A I C O
rum bona immobilia ad ecclesiasticorum manus, &
non contra, ab ecclesiasticis ad laicos perueniant.
40 Item, quim a sede Romana constitutionibus sit cautum
ac prouisum, ne bona ecclesiastica, præsertim immobilia, re-